Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift

petro. & duob; filius zebedei. cepit contristari & mestus esse. Contristabat se non timore uicine
passionis. propter quam sufferendam uenerat. sed
propter proditionem iudae & propter dispersionem iudeorum
populi. & scandalum discipulorum. & euersionem
miserit iertim. His causis contristatur dominus. Tunc
ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem.
Errant quidem putant dominum non uerum habuisse anima.
Si uerum non habuit animam. quare dicit. Tristis est anima mea usque ad mortem. Et notandum est quia non dicit propter mortem. sed usque ad mortem. hoc est donec apostolos meos & omnes in me credentes
effusione sanguinis mei redimam. Sustinete
hic & uigilate mecum. Non admonet quod dominus
sui gratiam corporis quia tempore temporis non erat. sed
poci spiritualem uigiliam animis. ne uidelicet mens
apostolorum siue fidelium. sopore infidelitatis tor-
peret. Et progressus pusillum. procidit in faciem
suam. Procidit autem dominus in faciem suam. ut humi-
litatem corporis. humilitatem animis demon-